

## Dominica prima

quid venerit, scilicet ut saluaret. **A** & longanimitatis. Signa prima denotantur in sole, secunda in luna, tertia in stellis. In 2. parte tria affert remedia precedentibus malis. videlicet, respicere, & leuare mentem, ad sapientiam filij, ne per signa deceptibilia a veritate fidei auertamur: ad Spiritus sancti clementiam, ne a charitate Christi separemur, per signa carnalia concupiscentia: ad Patris potentiam, ne per signa horribilia tribulationum: a spei firmitate euellamur. In 3. autem parte, triplicem ostendit consolationem ex illa triplici consideratione iustis tunc ad futuram, firmam, nempe fidem, charitatem non fictam, & spem certam; quibus in gloria correspondebunt, visio clara, quieti fruiuitio, & tentio secura.

**SANCTI PATRIS AMBROSII** sermo hac die habitus. Imprimis quaedam mysteria Aduentus Domini per iudicium explicat: & cur Christus noctis tempore se aduenturum dixerit, exponit. Secundo vero de differentia resurrectionis bonorum ac malorum in die iudicij, pertractat. *Tom. 12. serm. 1. de temp. pag. 3 & 4.*

Eiusdem sermo, in quo docet populum qualiter vitam & mores moderari hoc tempore debeat, ut in die Dominica Natiuitatis latari gaudio spiritali mereatur. *Ibid. col. 3.*

**S. ANTONII DE PADVA** sermo, **B** in hac Euang. verba. *Erunt signa in sole & Luna &c. Luc 21.* Plura breuiter precipue tamen quatuor tractat. I. in sanctitatis & claritatis Christi comparatione, omnem sanctorum claritatem, pati detrimentum, affirmat. II. Vulnera & sanguinem Christi, esse ciuitates refugij, ostendit. III. Hominem in morte quo se vertat, cadere in terram & in eam reuerti, declarat. IV. Quomodo punientur in iudicio superbi, luxuriosi, auari, iracundi, & omnium delicta manifestabuntur, demonstrat. *A pag. 97. ad pag. 100.*

**S. V. BEDÆ** homilia in Euangelium huius Dominica in qua textum percurrit, litteraliter explicat, ac iuxta moralem sensum, obiter interpretatur. **C** *Tom. 7. col. 186.*

**S. BONAVENTURÆ** sermo in Euang. tripartitus, in 1. parte de signis secundum Aduentum Domini praecurrentibus differit, quæ erunt in triplici differentia, nimirum, signa deceptibilium miraculorum ex parte Antichristi, ad subuersionem fidei & Christianæ Religionis: signa carnalium delectationum ex parte sensualitatis, ad charitatis refrigerationem; tunc enim refrigeret charitas multorum: signa multiplicium tribulationum, ex parte mundi & creaturarum, ad euulsionem spei

*Tom. 3. 1. serm. Dom. 1. Adu. pag. 1.*

Eiusdem sermo in illud Euangelij. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nube, &c.* Quatuor insinuat, 1. iudicij tempus praecurrendum, 2. personæ iudicanti intendendum, 3. loco iudicij occurrendum, 4. a iudicis autoritate tremendum. *Ibid. serm. 4. Dom. 2. Aduent. pag. 10. II.*

Eiusdem, sermo tertius in illud, *Scitote quia prope est regnum Dei.* Monet quatuor valde esse prope, diuinæ gratiæ largitatem in mundo, iræ seueritatem in iudicio, pœnæ acerbitatem in inferno, & gloriæ decorem in caelo. *Idid. serm. 5. Dom. 2. Adu. pag. 11.*

**S. I. CHRYSOSTOMI** sermo in secundum Aduentum D. N. Iesu Christi super verba D. Pauli ad Rom. 14 v. 10. *Omnes stabimus ante Tribunal Christi, & unusquisque pro se rationem reddet Deo.* In hoc sermone multa pertractat. I. Agit de reddenda ratione commissorum in iudicio coram æquissimo iudice, & maxime scandalorum, quibus alios scandalizamus, & ad peccandum exemplo nostro proximos impellimus. II. Aduertus eos, qui persuadere sibi & aliis conantur, deum, ad solum timorem hominibus incutiendum, ea quæ in iudicio futura scribuntur, minatum esse. III. De loco gehennæ, & quoniam pacto illam effugere potius debeamus, quam curiosius inquirere vbi nã sit. *T. 6. p. 6. 5t.*